

3319 Veronae fuit in hortis Iusti.

V · S · L · M  
PREPON · ET  
DOMITIA  
SYRILLA

Lisca et Cozza p. 240.

3320 Veronae ad S. Laurentium ANT. SAN.; in viridario comitis Galeotti Nogarolae SARAYNA; in angulo aedium Bassani ad Athesim MANUT.; ad D. Laurentii in angulo muri viridarii Leonardii Nogarolae comitis PALERMUS et VELS. Deinde in museo philharmonico n. 104.

TARQVINIA · D · L  
FAVSTA · V · S · L · M

Contuli. Habent Redianus f. 64' n. 34; Gamma-rus f. 85; Lilius f. 50; Sanutus f. 68; Bononius cod. Tarvis. a. 1517; Sarayna Lat. f. 48', Ital. f. 76' (inde Grut. 996, 6); Panvinus p. 234; Manutius cod. 5235 f. 4; Palermus p. 96; Vels-eriana f. 19'; Maffei M. V. 92, 3.

3321 Colognoe in aedicula proxima hortis Pe-verellianis prope ecclesiam PEVERELLI. Nunc Veronae in museo philharmonico n. 90.

*iuvenis Phrygio more  
vestitus stans in tauro*  
L · VALERIVS AR / AN //  
QVOD SOMNIO MONITUS VOV  
COMPOS FACTVS POSVT

Contuli. Habent Peverelli ms. f. 22 (inde Orti gente Sertoria p. 61); Maffei M. V. 69, 2 aere expressam.

Peverellius quae profert: . . . ENA · Q · EPI . . . | ROS · VI · SOMNI . . . | . . . VS · VS, ea proficisci ex titulo hoc lectu non facili non dubito, cum tam ENAQEPI et LVALERI quam reliqua satis sibi respondeant.

3322 basis Marzanae in aedibus Ferroni quae dicuntur *il castello*.

L · VALERIVS · PH · F · RIQV  
D · D · L · M

Descripsi.

3323 ara integra Veronae in aedibus Orti.

V · S · L · M Descripsi.

3324 Veronae in theatro rep. et adservata.

OLYTI  
V · A · F · VS  
EX · ARC Descripsi.

3325 tabula magna non urbanae speciem prae se ferens; in ipsa subscriptum est: 1480 18 lug. questo e de Bertoli de Pirto. Extat Veronae in museo philharmonico n. 160.

IMP · CAESAR  
DIVI · F  
AVGVSTVS · COS · XI  
TRIBVN · POTEST · XII a. u. c. 742/3  
5 IMP XIII

Contuli. Ed. Maffei M. V. 95, 2 (inde Donat. 96, 7).

4 XIII Maffei errore. Ceterum mirum est abesse ab hoc titulo inciso post a. 742 Iun. 27 pontificatum maximum, quem Augustus suscepit a. 742 Mart. 6; praeterea alibi (Orell. 36) cum tr. pot. XIV iungitur imp. XII.

3326 epistylia pars, Veronae ad theatrum in fundamentis domus vetustae rep. m. Sept. 1851 una cum n. 3364. Titulum stetisse non in theatro ipso, sed in aedificio alio contiguo collegit Monga cum ex loco, in quo effossus est, tum ex artificii diversitate. Extat in museo philharmonico.

O	TI · CLAVDIO · DRVSI · F	C
	CAESARI · AVG · GERMANICO	
	PONTIF · MAX · TRIB · POTEST	C
	III · COS · III · DESIGNATO · III	G
publice D · D	IMP · PVBLICE · D · D	PV
5		bluce d. d. p. C. 44/5

Contuli. Andr. Monga ms; Collettore dell' Adige 27 Sept. 1851 (inde Bull. dell' Inst. arch. 1852, 156); ex Wiener Zeitung 1851 n. 2983 Seidl Archiv für Kunde öst. Geschichtsquellen 9 (1853), 167.

Nota in titulo dedicato ante a. 45 Ian. 24 Claudium dici consulem designatum in annum 47.

3327 Veronae in aedibus Fed. Ceruti.

IMP · CAESARI  
L · AVRELIO · VERO · AVG  
TRIB · POT · III · COS · II p. C. 163  
DIVI · ANTONINI · PH · F

Velseriana f. 9.

2 L. addidi.

3328 Veronae in bibliotheca capitulari.

*imp. caes. m. aurelio antonino*  
a u g <sup>med. parth. pont. max</sup>  
trib. pot. XX · IMP · II i cos. iii p. C. 166  
PRINCIPI

Descripsi.

3329 litterae olim aere expletae videntur fuisse. *Il fregio si conosce espressamente abbassato per radervi una iscrizione, che prima vi era, e sostituivvi quella che ancora sussiste* VENTURI stor. 1, 65, similiterque alii auctores recte. Veronae in epistylia portae antiquae, quae hodie dicitur *dè Borsari*, extrinsecus. 'Vidit praeterea portam geminam triumphalem borsariorum vivo de lapide constructam, quem (sic) duodecim numero exornata fenestras (sic) conspectare videntur; ubi tale Kiriacus Latinum descripsit epigramma' Cyriaci biographus SCALAMONTIUS.

*super arcum priorem:*

COLONIA · AVGVSTA · VERONA · NOVA · GALLIENIANA · VALERIANO · II · ET · LV  
DEDICATI · PR · NON · DEC · IVBENTE · SANCTISSIMO · GALLIENO · AVG · N · IN

*sic sic*

CILIO · COSS · MVRI · VERONENSIVM · FABRICATI · EX · DIE · III · NON · APRILIV  
SISTENTE · AVR · MARCELLINO · V · P · DVC · DVC · CVRANTE · IVL · MARCELLINO

*haec latent* p. C. 265  
Apr. 3 — Dec. 4

Contuli scalis admotis; lectio hodieque perspicua est exceptis paucis litteris (maxime IN in AVR · MARCELLINO) quae iam aegre agnoscuntur. Cyriaci antiquissimum exemplum videntur servasse codices tres Vat. 6875 f. 83 et Marcianus XIV, 124 f. 157 et Marcanova Bern. n. 347; absunt ab eo, ut alia minora omittam, v. 1 verba COLONIA AVGVSTA et NOVA, item v. 2 verba DEDICATI · PR · NON · DEC · et V · P, versuum principiis eo tempore opinor latentibus. Plenum exemplum, exceptum opinor ab eodem Cyriaco curis secundis, proponunt Scalamontius cod. Tarvis. f. 88 Ver. 1; Felicianus n. 83; Marcanova Bern. n. 347 (manu secunda), Mut. f. 124 n. 83; Ferrarinus f. 19; Redianus f. 67 n. 69; cod. Gud. 253 f. 20; Gamma-rus f. Trev. 13; Lilius f. 46; Iucundus f. 63 n. 1; Apianus 326, 1. Denuo ex lapide Bononius cod. Tarvis. a. 1517; Choler ms. f. 121; Sarayna Lat. f. 20. 45', Ital. f. 79' (cum asseclis Caroto f. 6, Panvinio in add. ms. ad Saraynam Ital. f. 75', ed. Rom. p. 734, fast. ad a. 1018, Ver. p. 29, Tinto p. 102, Smetio 145, 8 ex Sarayna et Panvinio, Grutero 166, 2 ex Sarayna Panvinio Sculteti schedis); Ligorius ms. Neap. XXXVI p. 377, Taurin. 18; Schradaeus mon. Ital. (1592) f. 334; Palermus p. 80; Moscardus stor. 1668 p. 44; Maffei Ver. p. 142 inscr. n. 38 et M. V. p. 197, ubi aere expressa est (inde Orelli 1014); Persico descr. di Verona 1 (1820) p. 62. 249; Orti delle due porte dette dei Leoni e dei Borsari (Veronae 1840. fol.) p. 5 tab. 5 et in ann. inst. arch. 23 (1851), 65 (cf. p. 75) ex lapide ut ait; sed deteriorem lectionem reddidit, non emendatiorem.

Colonia Augusta Verona nova Gallieniana. Valeriano II et Lucilio coss. muri Veronensium fabricati ex die III non. Aprilii[m], dedicati pr. non. Dec., iubente sanctissimo Gallieno Aug(usto) n(o)stro, insistente Aur(elio) Marcellino v(i)ro p(er)fectissimo duc(e) duc(enario?), curante Iul(io) Marcellino . . . Ducem ducenarium (nam quid praeterea significare possint verba duc. duc., non perspicio) alibi memorari non credo; videntur tamen tam recte duces equestris militiae viri determinari posse adiecta summa stipendii annui quam determinantur summis iis procuratores. Ceterum extraordinarium munus Marcellinus sustinuisse videtur coniunctum id cum Alamannorum in Italiam per hos annos invasione.